Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



restatis. adūs mundi rectores. tenebrarū harū. contra spi
ritalia nequitie in celestibus. Propter accipite armaturam
dei. ut possitis resistere in die malo. & in omnibus perfecti
state. State igitur succincti lumbos vestros in veritate indu
ti loricā iustitie. & calciati pedes in preparatione euange
lii pacis. in omnibus sumentes scutum fidei. in quo possitis
ignea tela nequissimi omnia extinguere. Et galeam sa
lutis assumite. & gladium spiritus qd est verbum dei. S. cdm
Ille. t. Erat quidam regulus cui filius Johannem.
infirmabat capharnaum. hic cum audisset quia ihs ad
uenisset a iudea in galileam abiit. ad eum. et rogabat eum
ut descenderet. & sanaret filium eius. Incipiebat enim
mori. Dixit igitur ihs ad eum. Nisi signa & prodigia uideritis.
non creditis. Dicit ad eum regulus. Dne. descende priusq
moriat filius meus. Dicit ei ihs. Vade. filius tuus uiuit. Cre
didit homo sermoni quem dixit ei ihs. & ibat. Iam autem
eo descendente. seui occurrerunt ei. & nunciauerunt di
centes. quia filius eius uiuit. Interrogabat igitur horam ab eis.
in qua melius habuerit. Et dixerunt ei. Quia heri hora sep
tima reliquit eum febris. Cognouit igitur pater. quia illa ho
ra erat. in qua dixit ei ihs. filius tuus uiuit. & credidit
ipse & domus eius tota. Dnica xxii. Ad philippenses.
Fratres. Confidimus in dno ihu. quia qui cepit in uob
opus bonum. perficiet usque in diem ihu xi. sicut est mihi
hoc sentire pro omnibus uobis. eo qd habeam uos in corde &
in uinculis meis. & in defensione & confirmatione euange
lii. socios gaudii mei omnes uos esse. Testis enim mihi est deus. q
mihi cupiam uos omnes in uisceribus xi ihu. Et hoc oro ut kari